



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici  
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

**Soto, Domingo de**

**Venetiis, 1608**

2 Nunquid iudicare sit licitum, an no[n].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38878**

tam in speculatiuis, quam in practicis, puta rectam definitionem in materia temperantiae ac fortitudinis, &c. Ac petinde in scientiis id, quod dicitur de aequationem obiecti ad intellectum. In omnibus autem ad rectum iudicium duae sunt virtutes requisitae, scilicet & quae iudicium proferat, & quae potentiam iudicantis disponat, ut idonea sit atque apta iudicij rectitudinem. Prius autem proprium est rationis cuius est loqui, ut modo ostendebamus, posterius vero proprium est habitus bene efficiens potentiam ad obiectum: Qui quidem habitus de rebus speculatiuis, est speculatiuis existens in intellectu, in practicis autem est habitus efficiens appetitum, nempe in materia temperantiae, habitus temperantiae in materia fortitudinis, habitus fortitudinis. Nemo enim rectissime iudicabit aggredi, quando oportet, esse bonum, nisi qui fortis est, neque censebit melius, moderamine ciborum uti, quam illis immergi, nisi qui temperatus sit. Eadem ergo ratione iudicium est opus iustitiae tanquam inclinantis hominem ad rectum iudicium, prudentiae autem, tanquam proficientis. Haec enim virtus in omnium virtutum materijs iudicia profert. At vero ut recta sint, habitus, morales affectum praeparant. Quod si rursus scisciteris, utri ergo harum virtutum magis est proprium munus iudicare? Respondetur, quod propinquius conuenit rationi & prudentiae a qua profertur: sed tamen potissimum conuenit iustitiae, vnde habet ut si rectum. Quocirca Philo 6. Ethic. c. 12. Virtus inquit, moralis est, quae propositum ipsum efficit rectum, prudentia vero quae circa media negotiatur. Atqui per haec recte claret cur omnes virtutes prudentiae conestuntur. Nam cum prudentia sit, recta in omni materia morali iudicia proferre, quae rectitudinem a morali virtute recipit, non potest esse prudens, nisi qui sit omnibus virtutibus praedius, neque vice versa, vlla moralis virtus statim habebit virtutis sine prudentia quippe sine qua nequit suum exercere circa diuina, erga quae afficit appetitum ut perdonum sapientiae rectum feratur iudicium, iustitia vero afficit erga iustum naturale, & humanum voluntatem, ut iustus per prudentiam idoneum quoque profertur de ipsis iudicium. Ad tertium vero re-

spondetur quod etsi omnibus sit virtutibus, commune affectum parare ad rectum iudicium circa sua propria obiecta, est tamen differentia, quod cum reliquae virtutes, ut crebro dictum est, hominem ordinant ad seipsum, iustitia vero ad alium & vnusquisque sit suorum dñs, non autem eorum quae sunt, ad alterum, sit ut in ceteris virtutibus non sit requisitum iudicium nisi particulare ipsius studiosi, in materia autem iustitiae necessarium sit praeterea superioris, qui inter duos litigatores praedictet. Quapropter iudicium peculiaris virtuti iustitiae adscribitur, quam aliarum cuiuspiam. Ac perinde responderetur ad quartum, quod etsi priuatim iudicare etiam conueniat subditis iustitia pollutibus tamen quia haec virtus architectonicè in principe praesidet, in suisque ministris eius proprie congruit eiusdem virtutis potissimum actus: qui est iudicare, iusque dicere.

## ARTICVLVS II.

## Vtrum iudicare sit licitum.

Constituto cuiusnam sit virtutis iudicare, subsequitur ut perscrutemur an sit licitum: Et arguitur à parte negativa: Peccata non infligitur nisi pro culpa decernitur autem iudicantibus ea poena, quod iudicantur, secundum illud Matt. 7. Nolite iudicare, & non iudicabimini, ergo iudicare licitum est. Secundò, peccatori iudicare non licet, secundum illud ad Rom. 2. In excusabilis es homo omnis qui iudicas, in quo enim alterum iudicas, te ipsum condemnas. Eadem enim agisque iudicas. Nemo autem est à peccato immunis. Nam si dixerimus, ait Ioannes quod peccatum non habemus nos ipsos seducimus nemini ergo licitum est iudicare, Contrarium nos autem cohortatur illud Deut. 16. Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis, ut iudicent populum iusto iudicio.

Cum articulo proximo definitum fuerit, iudicium esse actum iustitiae, inde fit consequens iudicare esse licitum. At vero non ideo otiosus est praesens articulus quod qui non tam adhibetur ad id demonstrandum, quam ad enarrandas constituendasque conditiones, quae ad iudicium requisitae sunt, ut sit rectum. Quapropter conclusio non tam titulo ad formam respondet, quam ad aequitatem recti iudicij

Duae virtutes requiruntur ad rectum iudicium.

Quart.

Solutio.

Philosophus. Rõ qua re virtutes cuncte prudentie conestuntur.

Ad secundum arg.

Ad tertium arg.

**Conclusio** autem est. Vt vnumquodlibet iudicium rectum sit, tria exiguntur, nempe vt procedat & ex iudicis auctoritate, & ex iustitiæ affectione, & ex prudentiæ rectitudine, quorum quolibet deficientie iudicium erit vitiosum, ac subinde illicitum. Probatur conclusio: Iudicium, vt dictum est, carenus est rectum ac perinde licitum, quatenus actus est iustitiæ: Ad hoc autem vt sit actus iustitiæ, tria hæc commemorata requiruntur, ergo eadem omnino sunt ad rectum iudicium necessaria. Probatur posteriori pmissa. Propria enim iustitiæ vis est constructiua, cogere autem nemo potest alieni nisi illi sit subditus. Quod naturalium exemplo constat. Agens namque passum nõ vincit, nisi sit sibi intra suæ actiuitatis periodum subiectum, requiritur ergo principis iudicis auctoritas. Vnde Paul ad Rom 14. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat, aut cadit. Atque adeo cum sit vniuersalis omnium dominus, nemo inter mortales legitimus est iudex, nisi qui ab ipso iudicandi auctoritatẽ acceperit. Quocirca ad Ro. 13. Non est, inquit, p̄tās nisi a Deo & Qui potestati resistit, ordinaioni Dei resistit. Et infra quemcumq; iudicem ait esse Dei ministrum, vindicem in iram ei qui male agit. Quo aut̄ hæc p̄tās à Deo in homines per legem naturæ deriuatur, libro proximo sub titulo, De dominio, elucidabitur. Secundum, vt proxime dicebamus, quod ad rectitudinem iudicij requiritur, est vt proficiatur ab affectione & inclinatione iustitiæ, quod nulla alia indiget probatione, quam quod iudicium est proprius huius virtutis actus, tanquam animum ad iustum efficiens. Quo circa si quis iudicium iuri alicuius parit̄ quidpiam adimat, quod alteri tribuat, substantiam iustitiæ subuertit. Tertium autem, quod iudicij rectitudo postulat, est officium prudentiæ, cuius munus est iudicium profert̄. Quia propter qui ius dicit, iustumque inter litigantes constituit, non tamen quando, vbi & quomodo secundum leges oportet, hæc parte demolitur iustitiæ virtutem. Vnde iudicium cui auctoritas deest presidentis, dicitur vsurpatum: cui autem iustitiæ substantia, nuncupatur iniquum: sed quod sit absque prudentia, si absit iuris ordo, cenetur suspectum, si verò ex leuatur, & absque legitimis probationibus profertur, est te-

merarium. Circa harum autem conditiones singulas hoc primum animaduertito quod singularum defectus genere suo facit mortale peccatum. Iudex inquam qui vel nullam habens auctoritatem, vel alienam vsurpans, eum iudicat qui sibi non subditur lethaliter peccat, vt si iudex secularis in clericorum causas se inferat, etiam si a iure excommunicatus non esset, ipso facto mortali culpa commacularetur, perinde ac si priuata esset persona, immo & eo grauius, quod obrentu publicæ auctoritatis id faciat. Et si clericum bonis suis priuaret, vere esset latro, & si occideret, verè homicida. Secunda etiam conditio est oculatè perpendenda. Afferunt enim illud quod iudicium debet ex affectione & inclinatione iustitiæ procedere, amphibolum est, trinumque potest exhibere sensum. Primus est vt non fiat contra iustitiam. Atque hic est legitimus, vt scilicet vnicuique sincere tribuatur, quod suum est. Cuius idcirco defectus reddit iudicium iniquum. Secundus est, vt iudicium procedat ex affectu iustitiæ. Atqui huius defectus nunquam est peccatum mortale. Enimuerò si iudex iustitiam ferat sententiam, licet hoc non faciat ex habitu vel amore iustitiæ, quia improbus homo est, non peccat mortaliter, sed esset veniale delictum. Nam iudex cum sit iustitiæ custos eius affectu debet semper iudicare. Tertius denique sensus est, vt iudicium non feratur ex alio prauo affectu scilicet odio, amore, vel cupiditate: Atque huius defectus, peccatum erit secundum affectum ex quo procedit. Exempli gratia, Si iudex eum qui vere latro est, ac legitime talis comprobatus, patibulo affigit ex odio, non quidem peccat contra iustitiam, sed tamen contra charitatem, & si cupiditate pecuniæ id faciat, non quidem iniquus, sed auarus erit: & si cupidine inanis gloriæ, tunc erit vanus, quod venialiter peccabit. Quo circa licet ex odio occidat, non censetur homicida, sicut si esset priuata persona, quando quidem ius habet occidendi. Defectus etiam terit̄ conditionis erit peccatum mortale. Vt si regulas & circumstantias iuris prætermittat, & dum persona priuata leuiter, ac temere de oculis iudicat. Potest autem fieri veniale ex leuitate materiæ, vt si iudex leues aliquos terminos iuris missos faciat,

Docu-  
mētum.

Aliud  
aduertē  
dum.

NOTO  
iure  
loquas  
3  
DIE  
13



- aut si quis quēpiam de re leui leuiter iudicet, vt in articulo proximo dicturi sumus.
- Ad secū dū arg. Augu.** a sanctis patribus respondetur. Aug. enim in sermone domini in monte, ait illic prohiberi iudicium temerarium, quod est de cordium intentione, aut de rebus incertis & occultis, de qua temeritate articulo proximo in eū dū est sermo. Hilarius verò ait prohiberi diuinorum iudicium, quæ cum captum exuperent nostrum, non sunt à nobis humanis regulis iudicanda sed simpliciter credenda. Sed Chrysof. ait prohiberi iudicium ex animi amaritudine, de quo modo dicebamus. Et quamuis istæ omnes expositiones oculosculandæ sunt, illa tamē Augustini genuina esse censetur textui. Ad secundū arg. S. Tho.
- Chrysof.** auctum argumentum diuus Tho. distinguens, respondet, videl. cet iudicem qui est in graui peccato publico, non posse iudicare alios qui similia aut minorum rei sūt præcipue quando illa peccata sunt publica. Et allegat pro se Chrysof. id exhortantē super illud Math. 7. Nolite iudicare, & nō iudicabimini. Si verò iudicis peccata occulta sint, poterit quidem similes peccatores condemnare, si id cum humilitate faciat. Quod sententia Aug. confirmat, qui in libro de sermone Domini in monte ait, Si inuenimus nos in eodem vitio esse eō gemiscamus, & ad pariter conandum nos inuitemus. in hac autem responsione primum adnotandum est fuisse Vvicleff. eius que affectas qui asseuerauerunt per quodcunque mortale peccatum vna cum Dei gratia amitti & rerum dominium & omnem iudicandi potestatem, que Dei largitate recipiuntur, de qua hæresi libro sequenti sub titulo, De dominio, nonnullam sumus fracturi mentionem. Sed hac tamen prætermissa hæresi, fuerunt, suntque catholici, qui aiunt iudici qui delictis sceler, crimen esse sententiam in alium ferre peccatorem, non solum si in peccato sūt publico, propter scandalum, verum etiam si sit in occulto, quia officium iustitiæ ex affectu eiusdem virtutis non præstat. Qui enim in vno est scelere, omnibus ortus est virtutibus atque adeo iustitiæ habitus caret. Vnde citatus Paulus, inexcusabilis es o homo (sci licet peccator) omnis qui iudicas, &c. Et seculō ad idem arguitur, cum iudex sit Dei minister, debet ei dum alium iudicat, assimulari, secundum illud L. eu. 19. Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. Immo & ratione naturali id ipsum constat. Docet enim Philo sophus 2. de anima, vnum qui de coloribus iudicat, ab omni esse colore alienum, alias colorem quo inficetur, nullo posset obiecto percipere. In summa, quicūque sacerdos in peccato existens quantumuis occulto, si minus in sacerdotale in administrandis sacramentis exerceat, mortaliter peccat, vt cum alijs Theologis diuus etiam Thomas consentit 3. parte q. 64. art. 6. ergo eodem modo qui in peccato potestatem iurisdictionis exerceat. Nam sicut potestas ordinis, ita & iurisdictionis, vt ait Pau. ad Rom. 13. à domino Deo est. Accedit &c. quæ situm, de temporibus ordinandorum. vbi id ad monetur videtur. Fuit ergo ad eo celebris hæc opinio vt etiam S. Tho. ei aliquando subiecit, nemp. in 4. distinct. 9. q. 2. art. 1. vbi indifferenter suæ peccatum iudicis publicum sit, siue occultum, assenti peccatum esse mortale alium peccatorem solenniter condemnare. Quapropter & Caietanus quo libeto 2. q. 14. de hac re disputauit. Veruntamen his nihil obstantibus merito diuus Thomas sententiam in summa emendauit, hic. f. & loco citato tertia parte, qua sione 64. vt occultum peccatorem qui iudex est non censet mortaliter delinqueri iudicando. Colligimus ergo sententiam: hæc propositionibus. Prima: Iudici qui occulto ireritus est scelere, quātumque grauissimo, nihil excommunicatus sit vel suspēsus, subditos condemnare, siue de eodem crimine siue de alio dissimili, licet. Ratio est, quod nihilominus eiusmodi iudex habet iudicandi titulum. Est enim hæresis id negare. Itē potest habere prudentiam, & animi seruatūdi vnicuique ius suū, nihil ergo illi deest quo minus potestate iudicandi vtatur. Secus, si esset hæreticus, qui rōne excommunicationis iudex sedere non potest. Neque est simile de sacerdote, qui in peccato sacramenta administrat, nam ad hoc munus requiritur potestas ordinis, in cuius collatione confertur gratia, per quam dignus efficiatur atque idoneus administrandi sacramenta, quibus gratia cōferuntur. Et ideo sanctitate, vt aiunt, quam alijs præstat, vigere debet. Et hoc præcisè decretū est in ea qua situm. Aliter aut censendum de potestate iurisdictionis. Reliqua verò argumēta id tātum euincunt, quod sit quædā defecta,

tia, vt qui alios iudicat, talem se gerat, quales subditos vult esse quos condemnat: & ideo forsitan erit veniale peccatum, cum peccator peccatorem condemnat. Nam vt supra diximus, facere iustum non ex habitu iustitiæ: non est peccatum si fiat ex affectu ne eiusdem virtutis, perque eius actum, & peccator quamuis careat iustitia infusa, potestatem habere acquisita. Sed erit veniale peccatum, eo quod cum quis alium iudicat, prohibetur se mundum esse à crimine, & ideo si non est talis, est quodammodo hypocrita quem taxat illic Christus. Quid vides festinam in oculo fratris, & trabem in oculo tuo non vides? Hypocrita, eijce prius trabem de oculo tuo, &c. Sed quia iniuriam non facit, non peccat mortaliter. Illud autem Apostoli ad Roma. 2. In quo alterum iudicas te ipsum condemnas, non sic intelligitur (vt ait S. Thomas) ac si simile peccatum, committat, sed quod alium condemnando, ostendit se dignum esse, quæ simili sententia condemnatur, iuxta verbum Domini, Luc. 19. Ex ore tuo te iudicio serue nequam. Postrema propositio S. Thomæ est, quod publicus peccator alios cõdemnas, mortaliter propter scandalum peccat: nam tunc iustitia in vilipendium venit apud populum nempe qui videt nõ habere eandem vim in iudice quam, exercet ipse in subditos. At vero licet in genere suo peccatum sit mortale, potest nihilominus fieri veniale ex leuitate materiæ. Et ideo adiecit S. Tho. si sit in grauioribus criminibus, & præcipue si sit in similibus vt si esset ipse publicus latro, & nihilominus latrunculos persequeretur: aut si publica admitteret adulteria, & adulteros nihilominus iudicio premeneret. Nam si esset, verbi gratia, fornicarius, & latrocinia homicidioq. vlesceretur, non esset mortale scandalum, immo quando crimen non esset infame, nullũ esset scandalum, vt si per auaritiã non esset elemosynarius quando deberet.

ARTICVLVS III.

*Vtrum iudicium temerarium, puta ex suspitione procedens sit licitum.*

**I**n superioribus articulis de iudicio iudicis, quemadmodum sit licitum, dispu-

tarum est. In hoc autem sequitur vt de ini quo iudicio, quod non solum publico iudici, verum & priuatis vniuersis contingere vbi que assolet, dicendum sequitur, verum scilicet dum temere ex suspitione procedit illicitum? Standum enim à parte negatiua argumenta. Primum suspicio videtur esse opinio incertata de aliquo malo. Ait enim Philosophus 6. Ethic. suspitionem se habere & ad verum & ad falsum: de singularibus autem contingentibus haberi à nobis opinio nequit nisi incerta. Dum ergo humanum iudicium de humanis actibus singularibus & contingentibus concipiatur, si nullum licitum est iudicium ex suspitione, nullatenus iudicare licet. Secundo, per omne iudicium illicitum irrogatur alteri iniuria, nam cum iudicium rectum sit: actus iustitiæ, fit vt corruptum, fit actus iniustitiæ per suspitionem autem que intus in mente latet, nulla proximo irrogatur iniuria, ergo non est illicita. Tertio si iudicium ex suspitione esset illicitum, atque adeo, vt modo dicebamus, actus iniustitiæ, cum iniustitia genere suo sit peccatum mortale, fieret vt omnem temerarium iudicium esset genere suo lethale crimen. consequens tamen est falsum, nam vt glossa Augustini habet super illud 1. ad Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare, suspiciones vitare non possumus ergo iudicium ex suspitione non est illicitum. Contrarium autem vnanimiter doctores consentunt cum Chrysolomus super illud Matth 7. Nolite iudicare, &c. vbi ait, Dominus hoc mandato non prohibet Christianos benevolentia alios corrigere, sed ne per instantiam iustitiæ suæ Christiani Christianos despiciant, solis plerumque suspitionibus odientes ceteros & condemnantes

Quæstio hæc præcipua est & ad humanos vius intellectu necessaria, quam ideo vt perspicue definiamus, animaduertendum est, temerarium iudicium multis nominibus esse existimandum. Primum de suo ipsius substantia, scilicet vtrum de alterius malo addubites, an vero suspicaris per incertam opinionem, vel forte certam sententiam feras. Secundo de causis, quibus ad sic iudicandum affectus es. Tertio, ex coniecturis que in te iudicium suspicionem pettrahunt. Et quarto de

Primũ argum. Aristot.

Secũdũ.

Tertiũ.

Glossa.

Chryso.

Funda-

Quatu-

or gra-

P 4 illius

OTO  
iure  
colius  
DIE  
13

Ad alte  
riũ argu.  
eiusde  
opinio  
nis.

Postre  
ma pro  
positio.

Ratio.

Et si  
te alio  
modo

Solutio  
est.

Quæ  
stio

Quatuor  
gratia